torr. VIII, 21.

S. Flagrantissimum utique conflictum Farelli nostri pientiss. viri zelum, pro
Montpelgardensi Ecclesia abunde cognosco. Et peccatum graviter a Toscano
videtur in ejiciendis fratribus primum, in quibus si quid desiderabat, omnia tentare potius
debuit certe, ~~quam~~ ut revocari ad frugem possent, quam ut ministerio, cui fideli-
ter praefuerant ~~abdi~~ abdicaret. At ne tum quidem extra nimis medicina fuisset
si tuam operam autoritatemque vel sub extremum actum intervenire passus esset. Sed
maluit ille substitui alios, quacunque ratione accersitos, forte ut suae imbecillitati con-
suleret. Nunc autem ut qui recepti sunt semel et in munus et Principis
autoritate inaugurati demum rejiciantur, ~~no~~ arbitror frustra tentatum iri, nisi
quos simul et Toscanum et Schradinum, quos video ὁμοψήφους in hoc negotio,
velles profligatos, ~~quod~~ Neque tam certo a sinistra doctrina ministerio, metuo
tibi Ecclesia ut a quo eius pastores etiamnum alienissimos esse mihi persuadeo.
Et Toscanum nihil minus quam Servetano esse fermento infectum. A quo Schradi-
num et tam abhorrere scio quam qui maxime. Suspicionem tibi fecit, quaestio
de irrogato Supplicio autori apud Genevam de qua tibi (nisi quid prodigiose
finxit) facile apud me satisfieri sibi passus est. Remedium certe si quod ea requirat
Ecclesia, non eo ~~us~~ usque nunc quidem dirigendum videtur, ut quisque ex iis fratribus suo
destituatur ministerio, et quantum ~~ex~~ Höcklio cognoscere potui, id attendum sit
potius ut et puram ~~Ecc~~ Christi doctrinam, ~~et fideli~~ concorditer administrent
et veteres qui relicti sunt, et novi qui sunt subingressi. Et moneri ~~for~~ simul
et Toscanus posset. ~~ut~~ quo Satanam ~~facil~~ deinceps studiosius obstruet ne ~~quem~~
in sinistros affectus per eum praecipitet. et admissum non leve peccatum agno-
scat. Höcklium ipsum experto, cum Uxore quandoquidem et alios affines
venturos ex Vurteberga ~~[illegible]~~ ferunt. nisi forte Principis Georgii aegritudine
detinetur. quae sic accrevit ut ~~[illegible]~~ ut non sine periculo mortis
laborare Hubero nostro videretur. Te ergo mi venerande Blaurere tanto
magis precor, ut ipse huc te conferas. ut utrique nostrum literas
consilium tuum non ipso Höcklio si veniat aut mitte nos satis capere. et si ita videatur.

21.

nos illuc simul cōferre, cu principis visitādi grā. tāq3 occasione. Etsi quod fieri
cupit negaramus ~~efficere~~. cōsilii, tamē aliquē fructū referamus, et preciosissimos
fratrū votis vel aliquatenꝰ argisramus. Hec cursim. mi Blaurere, que boni
cōsule. Basil. 25 April. Anno 1555.

Salutant te mei ōes
et mea.

T. Sulzerus.

D. M. Ambro
sio B Laurero
dno colendiss.
Suo